Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Lex.

confestim in locum suum.
Venit ergo rex die septimo;
ut luget danielem. Et
uenit ad lacum et intuitus est;
et ecce daniel sedens in me
dio leonum. Et exclamauit
rex uoce magna dicens,
Magnus es domine deus dani
elis. Et extraxit eum de la
cu: Illos autem qui pdiito
nis eius causa fuerant
intromisit in lacum; et
devorati sunt in momento.
Tunc rex ait, Pauceant
habitantes in universa tra
dei danielis; quia ipse
est liberator et saluator
faciens signa et mirabilia
in celo et in terra, qui liberauit
danielem de lacu leonum.
Discerne causam meam domine
ab homine iniquo et doloso
eripe me. ℣. Emitte lucem tuam
et veritatem tuam ipsa me de
duxerunt et adduxerunt in mon
tem sanctum tuum. Sm ioannem
In illo tempore Ambulabat
ihs in galileam. Nolebat
enim in iudea ambu
lare; quia quaerebant
eum iudei interficere. Erat
autem in proximo dies festus
iudeorum scenophegia. Di
xerunt autem fratres eius ad eum,
Transi hinc et uade in iu
deam; ut et discipuli tui
uideant opera tua quae tu facis.
Nemo quippe in occulto
quid facit; et quaerit ipse
in palam esse. Si haec facis;
manifestas te ipsum mundo.
Neque enim fratres eius credebant
in eum. Dixit ergo eis ihs,
Tempus meum nondum
adest; tempus autem uestrum
semper est paratum. Non potest
mundus odisse uos; me
autem odit, quia ego testimo
nium perhibeo de illo quia opera eius
sunt mala. Vos ascendite
ad diem festum hunc; ego
autem nondum ascendo ad
diem festum istum, quia tempus
meum nondum impletum est.
Haec cum dixisset, ipse mansit
in galilea. Ut autem ascenderunt
fratres eius; tunc et ipse a
scendit ad diem festum non